Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

et donatiua que dederat ante
large manu et abundauerat
super reges qui ante eum fuerant con-
sternatus erat animo ualde. Et
cogitauit ire in persidem ut acciperet
tributa regionum. et congrega-
ret argentum multum. Et reliquit ly-
siam hominem nobilem de genere re-
gali super negocia regia a flumi-
ne eufraten usque ad flumen egypti.
et ut nutriret antiochum filium su-
um donec rediret. et tradidit ei
medium exercitum. et elefantos. et man-
dauit ei de omnibus que uolebat. et
de inhabitantibus iudeam et ierusalem.
et ut mitteret ad eos exercitum ad
conterendam et extirpandam uirtu-
tem israel et reliquias [illegible]
rendam memoriam [illegible] de loco et ut
constitueret ha[illegible] filios
alienigenas in [illegible]
sorte distribueret terram eorum. Et rex
assumpsit partem exercitus resi-
duum et exiuit ab antiochia ciui-
tate regni sui anno centesimo
et quadragesimo et septimo. et trans-
fretauit eufraten flumen. et per-
ambulabat superiores regiones.
Et elegit lysias ptholomeum filium
dorimini. et nycanorem et gorgiam.
uiros potentes ex amicis regis. et
misit cum eis quadraginta milia ui-

rorum et septem milia equitum. ut ueni-
rent in terram iuda. et disperderent
eam secundum uerbum regis. Et processe-
runt cum uniuersa uirtute
sua. et uenerunt et applicuerunt amma-
um in terra campestri. Et audi-
erunt mercatores regionum nomen
eorum et acceperunt argentum et aurum
multum ualde et pueros et uenerunt
in castra. ut acciperent filios israel in
seruos. Et additi sunt ad eos exer-
citus syrie. et terre alienigenarum.
Et uidit iudas et fratres eius quia multi-
plicata sunt mala. et exercitus
applicabat ad fines eorum et cogno-
uerunt uerba regis que mandauit
populo facere in interitum et consum-
mationem [illegible] unusquisque ad pro-
ximum suum. Erigamus deiectionem po-
puli [illegible] pugnemus pro populo [illegible] et
[illegible]. Et congregatus [illegible] conuen-
tus. ut essent parati in prelium. et
ut orarent et peterent misericordiam
et miserationes. Et ierusalem non ha-
bitabatur. sed erat sicut desertum.
Non erat qui ingrederetur et egrederetur
de natis eius. et sanctum conculcabatur.
et filii alienigenarum erant in ar-
ce ubi erat habitatio gentium. et
ablata est uoluptas ab iacob. et
defecit ibi tibia et cythara. Et
congregati sunt et uenerunt in